

## Band XI., Nr. 5434, Seite 373

*Der Großprior und die Brüder des Johanniterordens in Deutschland versprechen, dass ihr Pfarrer in Wunnenstein und Ilsfeld dem Bischof von Würzburg und dem Archidiakon ihre Gebühren entrichten und ihnen gehorsam sein wird.*

Würzburg, 1300. Februar 12.

Nos . . prior et fratres hospitalis domus sancti Johannis Jerosolimitani per Alemaniam tenore presenti nos ad hoc obligamus et astringimus, quod rector a nobis ad ecclesias in Wunnestein et Illesvelt et capellas sibi annexas quarum ius patronatus ad nos pertinet Herbipolensis dyocesis reverendo patri et domino . . episcopo Herbipolensi presentandus de iuribus episcopalibus et archidyaconalibus nec non contributionibus consuetis pro tempore imponendis respondere et satissfacere debet sine contradictionis obstaculo quolibet expedite ac ipsi domino episcopo et archidyacono loci pro tempore in omnibus consuetis et licitis sicut aliarum ecclesiarum rectores obediet et intendet nec ipsis ecclesiis renuntiabit domino episcopo inconsulto, nisi aut per se aut per litteras patentes renuntiationem huiusmodi faciat canonice ut tenetur, ut extunc alter ydoneus a nobis presentandus a domino episcopo pro tempore investiatur de ecclesiis supradictis. In quorum premissorum testimonium hoc scriptum predicto domino episcopo dedimus nostri prioris sigillo diligentius roboratum.<br> <br> Datum Herbipoli, anno domini MCCC., pridie idus Februarii.

—

Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Siegel in roter Wachsaufgabe auf gelber Platte, s. WUB, Bd. IX, S. 283, Nr. 3864.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Würzburg

**Signatur/Titel des Originals:**

Würzburger Urkunden 4939

**Überlieferung und Textkritik:**

War ehemals in München.

**Editionen:**

Monumenta Boica, 38, 231 (Auszug).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Würzburg

**Aussteller:**

Würzburg; Großprior des Johanniterordens Würzburg; Brüder des Johanniterordens

**Ortsindex:**

Alemannien<br> Deutschland<br> Ilsfeld Wohnplatz (1993)<br> Ilsfeld, HN<br> Winzerhausen : Großbottwar LB<br> Winzerhausen Wohnplatz (984)<br> Würzburg, WÜ